UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

8. De liberalitate Ioannis Eleemosynarij in panperes, eius morte, & quomodo Imperator eius ligneo lecto vsus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

Chriſti Dei noſtri audi me & aperi. Ille aũt, Si-
cut iubes, reſpõdit, & ſtatim aperuit. Ille vero
currẽs protinus eſt egreſſus. Deinde adſcendẽs
ianitor lætus, narrauit quod ipſum fecerat
miraculum. Dicebat enim ſe vidiſſe flammam
ignis procedentem ex ore magni Petri ad au-
res eius peruaſiſſe. Quæ, inquit, cùm meatus
circumfulſiſſet, repentè fecit audire & loqui.
Hæc cùm narraret is, qui prius erat ſurdus &
mutus, ſubiit omnes ſtupor & admiratio, &
ſtatim quàm maxima potuerũt celeritate ag-
greſſi ſunt eum perſequi. Cùm vbique autem
ſcrutati eſſent, non potuerũt eum, quem quæ-
rebant, comprehẽdere. Quamobrem eos ma-
gna ſubiit pœnitentia, & deplorabant, quod
non magis animum attendiſſent: quo factum
erat, vti Dei hominem tantis afficerent con-
tumeliis, verberantes & inſultantes, & ipſum
quotidie irridentes.

Nicephorus Calliſtus Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 18. cap. 24.

De liberalitate Ioãnis Eleemoſynarij in pauperes, eius morte, & quomodo Imperator eius ligneo lecto vſus ſit.

CAP. VIII.

IOannes Archiepiſcopus Conſtantinopoli-
tanus poſt epiſcopatus ſui annos tredecim,
ex hac vita deceſſit. Qui quod voluptates ex-
pugnarit, animique perturbationes coercu-
ſit, & imperium in ventrem exercuerit, [illegible]
[illegible], hoc eſt, eiunator à Byzantijs cognomina-
tus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus eſt: vir ex idiotarum quidem ille, & opificij non inhoneſti ordine progreſſus, ſed qui propter præſtantem virtutem ad epiſcopatus faſtigium ſublatus ſit. De quo cum multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maximè celebratur, quod propter ſuam erga pauperes affectionem & miſericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuò ſumptis, ſyngrapham illi dederit, qua ſubſtantiam ſuam mutuę pecuniæ tanquam hypothecam appoſuit, atque impignorauit. Cæterùm poſtquam is è vita migrauit, Mauricius antiſtitis facultates inquirens, paupertatem eum magnoperè conſectatum fuiſſe comperit: eumque de virtute tanta admiratus, ſyngrapham ſtatim diſcerpſit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis eius repertus eſt, & amiculum laneum tenuè admodum, necnon penulam quandam deformem, (fuerat namque Ioannes malè veſtitus, frugalitate vitæ conſpicuus) in aulam imperialem inferri iuſſit, eaque rebus omnibus prætulit. Et ieiuniorum ſolemni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis precioſis cõcinnatus, ſericisque veſtibus, & aliis imperialibus delitiis valedicto, ligneo præſulis eius toro noctibus totis vſus eſt, gratiam quandam diuinam ex eo ſe conſecuturum exiſtimans.

Simeon Metaphraſtes in vita S. Ioannis Eleemoſynarij, quæ habetur tom. 1. Laurentij Surij. De clerico Bigamo, qui Ioãni Patriarchæ in penuria cõſtituto

 ingen-